



Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad
Dominicam Septuagesimæ

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Dominica 2. Post Epiphaniam, De aqua in vinum mutata, à Christo D. ad
nuptias invitato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44194

hominibus, iudicat te; nec liberatur, condemnante. Nonne hoc ita modò sentis? At nonne re ipsa post contraria fenties, magis humana timendo iudicia ex vita peccata, quare divina! gravius putando condemnari ab hominibus, quam à Deo

damnari! Resipisci ab hac infania, Et dalecum Ecclesi. 19. timori Altissimi, quia omnis sapientia timer Dei, & in illa timore Deum.

Vide infra Feriam 4. post Dominicam sextam. Epiphianæ & verbo Iudicium. Virtus mundus.

DOMINICA II. POST EPIPHANIAM

NISI sit Septuagesima. Quæ aliquando, licet rarius, in hanc Dominicam iacedit. Frequentius autem in sequentes; tūm vero relictis aliis, Ipsi Septuagesimæ adhærendum.

DE A Q V A I N V I N V M M V T A T A, A C H R I S T O D O M I N O , A D N U P T I A S I N V I T A T O:

Implete hydriæ aqua. Ioan. 2.

VERITAS PRACTICA.

Si vis quod non habes, da quod habes,

SENSUS & RATIO est, quod cùm Deus in omnibus suis operibus Misericordiam simul, & iustitiam conjugat, si quid à Misericordia pessimus, iustitia non denegemus quod à nobis petis.

Sed divina iustitia hoc à nobis petis, ut si quedam difficultiora velimus quæ non habemus, demus aliqua facilitora, quæ habemus.

Ergo si vi quod non habes, da quod habes. Aut certe inique agis contraria Deum.

I. P U N C T U M.

Ioan. 2.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilee, & erat Mater Iesu ibi; Vocatus est autem & Iesus, & Discipuli eius ad Nuptias: Et deficiente vino, dicit Mater Iesu ad eum; vinum non habent; tūm illa ministrum, quodcunque dixerit vobis, facito; Dicit illis Iesus: implete hydriæ aqua, & impleverunt eas ad usque ad summum, Quæ statim aqua in vinum optimam conversa est. Videri possunt, & considerari alia, quæ de hoc primo miraculo Christi referuntur ab Evangelista. Tum vero illud imprimit consideratione dignissimum, quod cùm Dominus vellet indigentibus dare vinum, non aliter Illud dederit, quam dā prius ab eis aqua. Cur ita porrò? Nonne poterat vinum ex nihilo, aut ex aere facere sine aqua? Aut nonne poterat si-

tul ipsam aquam & vinum facere; Cur illam sibi dari jussit, & in illas infundi hydriæ, in quibus vinum merum erat facturus?

Ratio literalis est, ut sic miraculum vini facti, magis appareret, quando constaret omnibus nihil in vasis esse nisi aquam. Allegorica vero est quam refert sanctus Maximus, *Nous nobis poculis pralibatum est sacramentum*, Id est per illam & quæ conversationem in vinum, præsignificare voluit Dominus, sacramentalem conversionem vini in sanguinem suum; Vel utrait, sanctus Augustinus, *Fecit de aqua vinum Christus*, cùm appetuit sensum & expopit scripturas; sic enim sapit quod non sapiebat. Anagogico item sensu, ad patatas in celo delicias ex his paucis operibus nostris quæ per Gratiam Dei facimus, referri potest.

Denique Tropologica, & Moralis expositione est, idcirco petitam & datam esse aquam, ad habendum vinum, ut intelligeremus sic à nobis ea petià Domino quæ habemus, ut ab Eo impetreremus quæ non habemus. Sic quando in deferto satiavit multitudinem jam triduo sequentem, nec habente in quod manducare; Non nisi ex datis sibi panibus, & pisiculis, eam satiavit; multiplicavit quidem panes, sed panes sibi datus, & non alios. Sic plane tecum ager, si sic cum illo egeris; *Da quod habes & quod petit à te Deus*, sevis habere quod non habes & quod ab ipso petis.

Ratio quæ assertur è magis certa est, quo in ipsis Dei Attributis fundatur; Sunt autem duo attributa, Misericordia & Veritas seu Justitia quæ in omnibus Dei operibus reperiuntur, iuxta illud



*Pf. 24.
Ep. 100.
1. p. q. 21.
4. q.
Hom. 4.
super mis.
jui.*

Iud Psalmistæ; Univerſa vita Domini, misericordia & veritas; & Misericordiam & Iudicium cantabat Tibi Domine; Quo de argumēto articulū exp̄ssum habet S. Thomas, ubi ostendit in lis quæ nobiscum agit Deus, sic Misericordiam nos prævenire & sibi sequi. ut Justitia simul jungatur, quatenus scilicet de Nostro agendum est aliquid, quod ita justum & æquum est, ut n̄i illud agamus, nos plane indignos reddamus misericordia. Si vero fideles simus in agendo, tunc & ipse se fidelem ita præstat, ut non solum plura retinuerit, sed & meritis nostris tribuat, ne cuncta gratis agat. Sic paucis ap̄e S. Bernardus: Qui omnes homines vult salvos fieri, merita nob̄ extorquet à nob̄, & dum nos prævenit tribuendo quod retribuit gratuī agit, ne gratis tribuat.

Vide caput decimum octavum Ezechielis, ubi postquam de hac Dei iustitia, & æquitate actum est fuisse; Tūm Ipse Dominus infat: Et dicunt Filij Israel, non est aqua via Domini! Nunquid via mea non sunt aquæ, dominus Israel. & non magis Via nostra prava? Quasi diceret, numquid Illud quod volo à te fieri, Justum & æquum est, ut obtineas quod à me petis? Quod si vero justum & æquum est, nunquid tu iustus, & iniquus es, qui non Illud præstes? Responde & dic cum Propheta, Iustitia Domine, & rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiam testimoniorum & veritatem tuam nimis.

I. P U N C T U M.

Sed Divina Iustitia seu aequitas hoc à nob̄ is exigit, ut si quæ difficultior & perimus quæ non habemus, demus aliqua faciliora quæ habemus, ad illa faciliter impetranda.

Sic enim ab una Gratia disponimur ad aliam, ut cum fideles fuerimus primæ acceptæ gratiæ, fidem etiam experiamur Eum qui dixit: Omnes habentia dabuntur, & abundabit: ab eo qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. Sic ap̄e David: Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam. Et secundum puritatem manuum mearum, in conspectu oculorum eius. Cum sancto sanctus eris. Et quæ plura petgit ad Dominum, quibus indicat eum fore talerum erga unumquemque, qualis ipse erga eum fuerit, tu usū gratiarum & mediiorum quæ ordinavit ad finem aliquem, Hinc Sapiens. Ut scius, inquit, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus derit. Et hoc ipsum erat sapientia, scire cuius est hoc datum, adij Dominum, & deprecatum sum illum.

Videsne orationem exigē tamquam aliquid facile, ut Continentia quæ res est difficilior, obtineri possit?

Sic universim S. Augustinus de Ipsius orationis necessitate ad alia quævis impetranda: Qui novit, inquit, bona data ante filii suis, petere nos & querere, & pulchre compellit. Quod quare faciat, qui novit quid nob̄ necessarium sit prius quam patamus ab eo, movere animum potest, nisi intelligamus quod Dominus & Deus noster non voluntatem nostram sibi velit innotescere quam non potest ignorare, sed exerceri in orationibus desiderium nostrum, quo possimus capere quod preparat dare. Sic ut dimittat nob̄ decem millia talenta, id est, gravia, & multa peccata, vult à nob̄ bis dimitti centum denarios, id est modica quædam debita, leves quædam offensas à proximo nob̄is illatas, quæ tame si graves nob̄ videntur, non nisi tamen leves sunt, si comparentur cum peccatis nostris, quibus divinam offendimus Majestatem.

*Ep. 121.
ad probam*

Matth. 18.

Denique quid sunt præcepta omnia, quid consilia, quid sacrificia, quid sacramenta, quid virtutes, & alia Instituta moraha, nisi viæ quædam, & media quæ à Divina Justitia exiguntur ut sic ab uno ad aliud procedentes mereamur assequi quod promittit? Si volueritis & audieritis me, bona terra comedetis. Quod si nolteritis & me ad tracundiam provocaveritis, gladiis derubabitis vos: Quia os Domini locutum est. Id est, hoc firmum fixum est, quod quæ statua sunt à Deo media, ad aliquid obtinendum, ram exactè servanda sunt, quæ cupidè volumus illud obtinere. Vellesne hanc divinam ordinationem proscindere tamquam injustam: aut cum aperie iusta sit, depravare? Quid haec, quid dissimulas? *Iob. 29.*

Nunquid qui contemnit eum Deo, tam facile conquisiſet? Vtique qui arguit Deum, debet respondere ei.

III. P U N C T U M.

*Si vis ergo quod non habes, da quod habes; Si vis Continentiam cordis, contine oculos, comine linguam, & membra corporis, Illud difficilior & magis remotum à tua potestate, sed istud facilius & magis à te dependens. Quamobrem si vis illud quod non habes & quod est obiectu difficileius: Da libenter istud quod habes facilius; *Lus. 6.* quia sic exigit Divina iustitia, ut non nisi per istud, possis aliud obtinere; Dimittere, & dimittemini; Date & dabitis vobis; mansuram bonam & confertam & coagulans & superfluenzā daibus*



bunt in sinum vestrum; Certè quando non ita exigeret Divina Justitia, quando sola nostri ratio habetur; nonne sic pauca quædam danda essent ut majora redderentur? Quis non libenter seminar, ut colligat? Quis non libenter aquam daret pro habendo vino? Quis non modicum olei & farinæ porrigit, ut quantum recepit Vi-
dua sareptana, recipiat?

¶ Reg. 17.

O domino fam hominum parcitatem, qui se vi-
no privant quia dare nolunt aquam! Qui se De-
votionis, Meditationis, Continentiae, Charita-
tis, & aliarum Virtutum dono, seu præcipuis
actibus in dignos reddunt, quia faciliores exhibere nolunt, nec de suo conferunt illud exiguum
quod ab eis Deus petit! Si nostra peteret non re-
muneranda, nonne etiam illi danda essent? Quantò magis cum nihil petat quod non multiplici
fœnre cumulatum reddat? Hinc sapias; Bono a-
Ecclesi. 35. num gloriam redde Deo; In omni dato hilarem fac

wulum tuum, quoniam Dominus retribuens est;
& septies tantum reddet tibi; Et sanctus Leo; ¶
quod accipias sere quod metas, sparge quod colligas;
Quin & ipse Dominus, tam aperit: Quare non
dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens *Luc. 19.*
cum usru utique exegi illam? Tibi tam verè
loquitur, quām verè tibi dedi quod illi offeres,
ad ampliora promoterenda, quæ vix tamen offers.
Quid excusat?

O Virgo potentissima, rogam te libenter, ut
quod mihi deest indices Filio tuo, dicatque illi,
humilitatem non habet, devotionem, charita-
tem aut quidquid est aliud magis necessarium:
Sed quandoquidem mihi de meo est aliquid con-
ferendum: da id efficiam quod meum est ut
quod est Domini, Dominus in me operetur. Vi-
de in particulari quid à te requirat, ad perfectio-
rem Virtutum proxim.

IX EADEM DOMINICA.

Vocatus est Iesus ad Nuptias. Ioan. 2.

VERITAS PRACTICA.

Sicut in tristibus, sic in lætis! Sicut in adversis,
ita in prosperis, advocandus est Jesus.
RATIO EST. Quia idcirco in tristibus & ad-
versis ad vocandus est Iesus, quia sunt pericula-
sa peccandi tempora, quibus sine Iesu vix te à
nimia continere possis tristia.
SED lata & prospera non sunt minus periculosa,
sive modo, peccandi tempora.
Ergo in istis non minus ad vocandus est Iesus, quam
in illis. Quod ramen punci persuasum habent.

Pf. 49.

Ecclesi. 18.

Ad primam propositionem exponi pos-
set, quod cum semper & in omnibus in-
vocandus est Jesus, tum vero maxime
periculosis in negotiis ac diebus. *Invo-
ca me*, inquit, *in die tribulationis*. Ex omnibus au-
tem periculis nulla magis timenda sunt quam
peccati: *Sapiens in omnibus metuit*, & in diebus
dilectorum attendet ab inertia. Peccandi porro
pericula sunt adversitates, funera, calumniae,
morbi, jaatura & quidquid tale est in mundo,
undè magis contrahitur animus, atquè ex illa
nimia contractione & angore animi nascuntur
iræ, rixæ, murmura, blasphemiae desperationes, &
similes depravati affectus, qui graviora sunt pec-
cata quam putentur, quia tum afflictæ hæcerū si-

bi omnia putant. Quapropter tum advocandus
Jesus, & conciliandus Jesus, & concilianda di-
vina gratia. *Tristatur aliquis vestrum?* orat. *Iac. 5.*

SED lata & prospera non sunt minus, suomodo
periculosa peccandi tempora.

Tum enim animus facile dissipatur, insolens,
superbit, jastabundè multa effutit: tum deliciae,
tuna convivia, ioci, risus, amores, scurrilia, lu-
dchia, profana & quæ nominari non debent vi-
tia, quis nescit inde redundare? *Menja corum co-
ram ipsis in laquei & in scandalum. DVCUNT in Ps. 68.*
bonū dissūs, & in puncto ad inferna descendunt.
Tunc enim eō descendunt quando peccant. *Hi Iob. 2.*
sunt in epulu suū macule, convivantes sine timo-
re, semiplos pascentes, flatus fieri maru, despu-*Iudas.*
mantes suas confusiones, sidera errantia quibus
procolla tenebrarum servata est in eternum.

NON minus ergo in istu lato quam in tristibus;
neque minus in prospero quam in adversis, ad-
vocandus est Iesus; *Quia non minus perniciose
peccandi sunt tempora, quia lata sunt, quam qua-
tristia*, sicquæ propterea, si justis & probis licet,
aliquando epulari & gaudere, epulentur certè &
exultent, *Sed in conspectu Domini, sed in timore Ps. 67.*
Domini, *sed in Domino*; Cum alioquin injustè
exaltarent, plus æquo exultarent, & tum justi
esse desinarent. *Erat populus iudeus secundum Judith. 16.*
faciem sanctorum, ait sacra scriptura; quasi dice-
ret,

ret, sic erat iucundus quales possunt esse sancti, quali modo sancti possunt esse iucundi, qualis potest esse iucunditas sine detrimento sanctitatis; nam si periclitetur sanctitas, pereat potius iucunditas; quae tamen salva sanctitate non per-

ibit, cum sit ipsa iucunda sanctitas.

Vide Verbo Gaudium. Moderatio. Pax. Adversitas, prosperitas. Et supra, die nona & undiesima Ianuarij.

AD HÆC VERBA.

Vinum non habent. Joan. 2.

VERITAS PRACTICA.

Non est magis fiduciam humano gaudio, quam homini mentienti.

RATIO EST. Quia propterea non est fiduciam homini mentienti, quod decipitur. Sed humanum gaudium sic decipitur.

*N*AM primum ibi putatur esse gaudium ubi non est: Deinde putatur majus bonum quam revera sit. Denique cum extrema gaudij, luctus, angor, & peccatum occupent, satius esset non fuisse gaudium, quam talcm eius exitum; Unde aperie Ecclesiastes: *Dixi ego in Corde meo, vadam & affluam deliciis & iuxta bonum. Et vidi quod hoc quoque esset vanitas. Risum reputavi errorum, & gaudio dixi, quid frustra desperia. Primum quidem decipitur, cum nullo solido nitatur bono, tuum gaudentem decipit, quem non potest quietum reddere, nec beatum.*

HAC HEBDOMADA. Quæ occurunt ex Evangelica serie consideranda mysteria, diversa quidem sunt, & nulla inter se connexione juncta, sed etiam omnia præcipue tendunt, ut affectus humanos, ratione & gratia discamus regere.

FERIA SECUNDA.

DE PRIMA CHRISTI DOMINI PRÆDICTIONE, IN CIVITATE NAZARETH HABITA, ET A CIVIBUS MALE ACCEPTA.

Repleti sunt omnes in Synagoga, Ira; hæc audientes. Luc. 4.

VERITAS PRACTICA.

Si ad humanam gratiam divina postulas, Divinam Ipsam repellis Gratiam.

RATIO EST. Quia tum divinam repellis gratiam, quando statutum perverti finem, & ordinem quo ipsa confervatur.

Sed quando ad humanam gratiam Divina postulas, statutum perverti finem, & ordinem, quo Haynenfue Pars prima.

Divina confertur gratia.

Ergo tum hanc divinam Gratiam à te repellis. Quid certè est frequentissimum inter homines, maximopere considerandum.

I. PUNCTUM.

*Q*UOD narrat S. Lucas, capite quarto, de reditu Christi Domini in Civitatem suam Nazareth, & de prima eius prædicatione illic habita, videretur

T

ordine



ordine temporis. ea proximè sequi quæ ante dicta sunt. Sic autem paucis res habet; Cum ingressus fuisset in Synagogam, atquæ ex libro Isaiae, Prophetiam de se manifestam explicasset, primo admirationem sui maximam, loquendo, concitavit; Tum vero cum animadverteret auditores suos experte miracula, sicut supernimè patratarat in Civitate Capharnaum, arguit illos invidiæ & curiositatibus, docerque, non omnibus passim à Deo dari miracula sed quibus, & quando vult, nequæ ad humanam Gratiam aut ad humanos affectus & fines divina esse postulanda

Quod cum audiret Nazareti, tam male accep-
perunt hunc sermonem, ut statim omnes ira corre-
pserit, Synagoga illum derubarint, atque in supercilium montis, inde dejiciendum duxerint, nisi le sua divina virtute subduxisset; Omiram & stupendam hominum insaniam, qui sic celestia terrenis subdunt, sic æterna temporalibus, & humanis divina subiiciunt, ut non nisi ad naturalem complacentiam, divina postulent: non nisi ad humanam Gratiam, divinam exigant! Non est iste sermo quæ misericordiam provocet, sed potius qui iram excite, & furorem accendat: Non est hic ordo nequæ modus obtinenda divinæ Gratiae, sed potius repellendæ.

Hoc modò est attente considerandum, quia certè in hoc multi delinquent, & sibi male prospicunt, quando non nisi ob affectus naturales, & humanos fines, divinum aliquid querunt, quod propterea non obtinent, sed à se repellunt tanto longius, quanto id magis naturale est & humanum, propter quod petunt,

Ezech. 40. Ratio quæ assertur est evidens, quia tum manifestè divinam repellis gratiam, quando statutum pervertis ordinem & ratum finem quo illa nobis confertur: licet enim Deo liberum sit quando, ubi, quantum, & quibus velit sua dare, præscriptos tamè sibi constituit fines & ordines, seu statuta quedam ordinavit media, in certosfines, quibus sic ordinariè gratias suas impertit, ut non aliter soleat ita petire. Sic à Propheta vijus funiculus linea in manu eius, Et calamus mensura in manu eius, Nempe ut quod dixit sapiens, omnia in mensura, & numero, & pondero disponant & ordinent; Sic Sacra mentis certis quibusdam gratiis conferendis instituit, ut non nisi per illa in re vel in voto suscepit, & non nisi habito fine convenienti conferantur haec gratiae. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Nisi manducaverit carnem filii hominis, non habebit vitam in vobis;

g. p. II.

Ioan. 3.

Ibid. 6.

NISI pœnitentiæ habuerit, omnes simul peribitū.

Putare siue Baptismo vel Pœnitentia, pec-
catum posse remitti? An ignoras nullam esse re-
missionem peccati sine pœnitentiæ, nullam pœ-
nitentiæ sine dolore aliquo, nullum dolorem
sine emendationis proposito, nullum tale pro-
positum sine aversione animi ab objecto quod
peccati causa fuit? Hic est ordo remittendi pec-
catum ita constitutus, atque ita servandus, ut nisi
observeatur, non remittatur peccatum? O quam
pauci servant! Non tres, non duo, non unus, nam
Nullus est, inquit Propheta, qui agat pœniten-
tiam super peccato suo dicens, quid fecit!

Ier. 2.

II. PUNCTUM.

SED quando ad humanam Gratiam, ad natu-
ralem complacentiam & ad fines mere huma-
nos divinapostulas, per verius finem & ordinem,
quo divina confertur gratia.

Non enim ad hunc finem ordinatur & con-
ferrut gratia, sed potius ad humanos illos affec-
tus corrigendos, & in statum nobiliorem eve-
bendos, qui supernaturalis, spiritualis, celestis,
& divinus dicitur, sicut ipsa Gratia tota superna-
turalis, tota celestis est, & divina. Sic Ianctus
Petrus: ut per hac officiamini divina consortes Na-
tura, fugientes ejus qua in mundo est, concupiscentia corruptionem. Sic Ianctus Prosper: Virtus: Gra-
tia non hoc in voluntatibus operatur ut non sint,
sed ut ex malis bona, & ex infidelibus sint fidelis; ut
qui ex semetipserant tenebra, lux efficiantur in
Domino. Sicut igitur ille finem & ordinem con-
dit solis perverteret, qui solem peteret ad tene-
bras effundendas, vel ad excitandum frigus, aut
quid aliud alienum ab eius natura, & proprietati-
bus; sic planè qui divinam aliquam gratiam postulat ut sua Glorie serviat, utilitas tantum
temporali consulat, aut naturale aliquid inde
commodum hauriat, quia non est divinæ Gra-
tia hos humanos effectus producere, sed potius
contrarios, & oppositos; non est divinæ
Gratia vanitatem se dari, sed potius fugere; non
temporalia querere sed contemnere, non sub-
esse libidini, sed præesse; Et sicut ipse au-
thor Gratia dicebat se non venisse ministrari,
sed ministrare, sic omnino non venit gratia
nec advocabunda est in hunc finem, ut naturales il-
los affectus loveat, sed potius reprimat & extin-
guat. Numquid colligunt de spinis uras, aut de tristis
buli fisus? quasi diceret, nonne ille rerum per-
verteret ordinem qui à spinis uras, aut à vite
spiritus?

2. Petri. 1.

Contra
Collars.
rem.

Matt. 26.

Ibid. 7.

Ad. 8.

spiritus quereret, qui à tribulis fucus, aut à fiscu tribulos expectaret? sic qui à gratia quod alienum est ab eius virtute, postulat, gratia finem & ordinem proflus invertit. Non est tibi pars neque sors in sermone isto, eorum tuum non est rectum coram Dno: In falle amaritudinis, & in obligatio ne iniquitatis, video te esse; Sic S. Petrus cuidam petenti gratiam, ex de pravato affectu.

ad gubernandum, ad docendum aut aliquid simile aliud, ut magis appareres, ut maiorem tui concitares famam, & Nominis celebritatem; vel ut commodius viveres, vel denique ut quod naturaliter desideras, facilius obtineres? Ita & verò Coelestes & diuinæ Gratiae terrenis his finibus & humanis affectibus serviant, quibus dominari deberent! Quia participatio justitia cum iniquitate, aut qua Societas luci ad tenebras? Hi sunt maledictionis filii, de quibus graviter S. Petrus & Judas Apostoli; Hi sunt qui derelinquentes rectam viam erraverunt, faciunt viam Balaam ex Bozor, qui mercedem iniquitatis amavit, Corruptionem vero habuit sua vesania subjugale & mutum animal hominis voce loquens, prohibuit Propheta insipientem. Ei sunt fontes seu nubes sine aqua, qua à ventu circumferuntur. Et quæ plura ibi habentur, ex quibus intelligas quād grave sit detorquere diuinas gratias ad privatum suum commodum, & quantum in hoc deliqueris, ut serio deinceps cavcas. Gratia Dei vita eterna in Christo Iesu Domino nostro.

Vide Verbo Gratia.

Ebr. 10.

Si ad humanam igitur Gratiam diuinam postulas, diuinam ipsam repellis gratiam, Quia non non propter ea datur, nec propter ea est petenda; immo cum ad oppositum finem detur, non minor est injuria Gracie, velle hunc finem & ordinem pervertere, quam si cœlum terræ sujiceres, si tenebras luci p̄sferres, si spiritum carni mancipes, aut Rationem libidini regendam traderes; Hoc est filium Dei concubare & sanguinem Testamenti pollutum ducere; hoc est Spiritui gratia consumeliam facere.

Et tamen quoties id appetis? quoties velles majori pollere gratia ad concionandum,

FERIA TERTIA. DE ALTERA VOCATIONE APOSTOLORUM.

Venite post me, & faciam vos fieri Piscatores hominum. At illi continuo, relictis rebus, secuti sunt Eum. Matth. 4.

VERITAS PRACTICA.

Magis tenemur omnes affectu nostra relinquere, quam affectu Apostoli.

RATIO EST. Quia magis tenetur omnes ad precepta, quam ad consilia. Sed praeceptum est ut affectu: Consilium vero ut effectu, omnia nostra relinquamus. Ergo magis tenemur omnes affectu nostra reliquerre, quam affectu Apostoli: Quod sane est valde expeditendum.

I. PUNCTUM.

JAM pridem Petrus & Andreas cognorant Christum Dominum, jamque illum multis diebus & horis secuti fuerant tanquam

eius discipuli, sed nondum suis se propterea bonis abdicabant; nondum ita illi adhaeserant, ut præter illum nihil haberent; nondum denique illi dicere poterant, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te; Donec altera hac vocatione vocati, dum piscarentur, audierunt, & intellexerunt has Christi Domini voces, Venite post me, & faciam vos fieri pscatores hominum. Tum enim continuo relictis rebus secuti sunt eum. Quod item paulo post, audientes Jacobus & Joannes filii Zebedea, relicti statim rebus, & patre, secuti sunt eum, inquit Sacerdos Evangelista.

Admirabile proflus hoc consilium Dei qui velit homines, & hos homines, sui divini operis Coadjutores! Admiranda planè diuinæ Virtus Gratiae, quæ sic suaviter & fortiter homines à suis, & à se retinebit! Considerandum est & illud quod Christus loquitur, Venite post me, quæsi dicens

T 2

dice



diceret, quocunquè est eundum, vos præcedam, & non minus tuum est quam gloriosum, me possi sequi. Nec prætermittendum quod addit, Faciam vestri pescatores hominum, quasi homines in mundo velut in turbulentissimo mari naufragarentur, quorum quanta est miseria. & periculosa conditio, tanta eorum est dignitas & felicitas, qui primò inde sunt eruti, tum ad alios simul eruendos & salvandos adhibentur. O singularis beneficium quo Apostoli & Apostolic Viri donati sunt! Quis non libenter suis se omnibus abdicaret bonis, ut Christum Dominum ad tale munus vocantem sic lequeretur?

Verum non omnes eò vocantur ut relictis effectu bonis, se & alios salvent; vocantur autem omnes ut relictis effectu suis, suæ salutis vacent. Et quidem tam stricta est haec omnium vocatio ad sua, corde & effectu relinquenda, ut minus cuiquam licet ei vocationi resistere, quanto licuisset Apostolis aut Apostolicis illis viris, sua effectu defere. Dignissima certe Veritas, quæ attentissime consideretur.

Estantem ratio perfacilis, & evidentissima; Quis enim nescit, nos ad præceptum magis obligari quam ad consilium? Quis ignorat quod ait aperte S. Thomas, hanc esse differentiam inter consilium & præceptum, quod præceptum Importat necessitatem; Consilium autem in options ponitur eius, cui datur? VELLEM, inquit Apostolus, omnes vose esse sicut me ipsum, Id est virgines & coenientes; Id tamen unicuique liberum facio quia non est præceptum, sed consilium: At vero si qui matrimonio iuncti sunt; Vxor, inquit, à viro non discedat; ne què hoc sibi liberum pater, sed omnia necessarium, quia Præceptum Domini est, cui longè magis tenemur obediare quam Consilio. Sic ille pluribus.

O bonitatem Domini nostri in servos, quibus sum posset, livelier, omnia illa præcipere quæ consultit; mavult tamen libertati relinquere, quam necessitate premere mavult nos sibi filios, quam servos, aut servos mavult voluntarios, & liberos; quam coactos & repugnantes.

II. P U N C T U M.

SED præceptum est ut effectu: Consilium vero, ut effectu, omnia nostra relinquamus.

De præcepto patet tribus modis. Primò quidem quatenus per effectum quo creatis bonis, summis inhaeremus, avocamus à fine nostro, qui

est Dei Cultus & æterna salus: sicquè sit ut quantum jubemus aspirare ad finem nostrum, tantum præcipiamur abstineri iis quæ nos inde avertunt; Si manus tua vespertus scandalizat te, inquit Dominus, abscede eum, & proice ab te. Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudem, quam datus manus vel duos pedes habent, mittim ignem eternum. Ubi S. Hierony. Matib. f. 18. Et 18.

Deinde, effectus rerum prohibetur, quia rixæ est ullus ordinatus: inordinatus autem est peccatum, ac prouidè quantum præcipimus abstinere omni peccato, tantum & effectu inordinatio. Ab omni specie mala abstinetis vos: NON simus 1. Thes. f. concupiscentes malorum, sicut & illi concupiscentes 1. Cor. 10. Non quia res mala fuerit, quam concupierint, sed mala & inordinata concupiscentia. Unde Sapiens Domino; omne desiderium averte Ecclesi. 23. & ms. Denique quo præcepto jubemus, Deum diligere ex tota omnia, HOC est, inquit S. Thomas, ut appetitus seu effectus noster regulatur secundum Deum, quod idem est atque effectu omnium relinquare. Nam non aliter effectus regulatur secundum Deum, quam ut sic utimur hoc mundo, tamquam non utamur. Putasne vei è esse præceptum, ut diligas Deum, ex tota anima tua? Sic pura tibi præcipi ut deponas ex anima, inordinatum quemvis effectum, quia non alter diligitur Deus ex tota anima.

JAM verò quod sit tantum consilium & non præceptum, sua effectu relinquere, audi sanctum Thomam: Quod homo totaliter ea quæ sunt mundi; abiciat, non est necessarium ad pervenientium in finem prædictum, mempe beatitudinem aeternam, quia potest homo utens rebus hujus mundi, dum modo in eis finem non constituar, ab beatitudinem aeternam pervenire; sed expeditius perveniet totaliter bona hujus mundi abdicando, & id è hoc datur consilia Evangelij. Si via persequaris eff., inquit Dominus Adolescenti, vade, vnde que habes, & dapa pauperibus, habebit Thesaurum in Cœlo, quasi diceret, non cogo, non præcipio, relinquo tuæ libertati; si vis, consul, & Matth. 19. consilijs acipiendi motivum propono, quod in celo repones ea quæ in reliqueris. Sic expressis verbis S. Chrysostomus: Hoc in tuo pono arbitrio, Hom. 2. ad trios, te electionis Dominum constituo, non in necesse. Popul. statutum traho. O Magni Consilij Angele, quam pauci tu sequuntur Concilia, qui nec præcepta servant.

III. P U N C T U M.

III. PUNCTUM.

MAGIS ergo tenemus omnes effectu nostra relinquere, quam effectus Apostoli, aut quisvis alij qui suaré querunt; Cum magis teneamur omnes ad Præcepta quam ad Consilia, sitque inter præcepta tam exprellum illud, ut nihil in rebus creatis, ex inordinato appetitu diligamus, quam est expresse mandatum, *Vt diligamus Deum ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima nostra*: Nam ut jam alibi dictum est, ex S: Basilio, quod dicit in toto, nullam inveterat divisionem admittit, quantum enim dilectionu, in hac inferiora insumpserit, tantum necesse est ut demas de toto.

Et tamen, quis hominum se putat ita obligatum? Aut quis in seculo huic obligationi satisfacit, cum omnes ita rebus creatis afficiantur, ut inter ulum & effectum, nulla sit differentia, nisi quod magis afficiantur rebus quam utantur, cum plura velint habere quam sint suis usibus necessaria, & iis non utantur nisi ut effectui satisfaciant: quasi effectus sit finis usurpandarum rerum, quasi non manducent & induantur, ut vivant; sed vivant ut manducent & induantur: O perversitatem effectus. *Filij hominum usquequo gravaverint cordes*.

Sed quidquid sit de aliis, Tu vide quam parvus ordinatus in effectibus suis. Vide quantum inde damni & periculi, vel ex hoc uno capite, et si alia taceantur, quod magis teneris ad effectum mundi deponendum, quam qui vocaretur a Deo, ad ipsum mundum effectu deserendum.

Quid dices manifeste resistentibus divinae vocationi, manifeste contradicentibus Christo se vocanti in religiosum statum? Nonne illis proponeres tiemendas istas voices. *Vocavi, & renui*: sicut ego quoque in interitu vestro ridebo & subsanabo, cum vobis id quod timebatis, advenorit. At nonne illi reflisti? Nonne Vocantem tenuis, cum aperire voceris ad deferenda corde & effectu omnina quae nimio colis effectus? Si despicieni consilium tanta imminentia, quanta referuntur in scripturis: quanta putas imminere despicienti præceptum? Si nolenti sua effectu relinquere, periculorum est cum id tantum consulit Christus,

& liberum facit: quod magis non effectu relinquere, cum id absolute præcipiat, & necessitatem observandæ legis imponat? *Quis est Dominus, ut audiam vocem eius*, dicebat impius ille Rex Pharaon. Velle sine ita loqui? velle sine tibi, & hoc obijiceret Christus quod de servis suis Job querebatur. *Seruum meum vocavi, & non responsum mihi ore proprio deprecabar illum*. Quot sunt Veritates propositæ temperandis effectibus, tot sunt eis voces, tot sunt propositæ vocationes, tot declarata præcepta, quibus additæ ministræ process, promissiones, & quidquid ad voluntatem blandiendam, apertissimum judicavit. Tu quid respondisti? quid effecisti? cum tam acres, & violenti sint omnes effectus tui, quasi nihil te contraria monuissest, quasi non ille te toties inde revocasset? *Confundere, Et aufer malum de medio tui*.

*Exod. 5o**Iob. 19o**Dant. II*

FERIA QVARTA.

DE DÆMONE IMMUNDO
ELECTO AB HOMINE.

Et erat in Synagoga eorum, homo in spiritu immundo, cui Dominus dicitur Exi de homine. Marc. I.

VERITAS PRACTICA.

I. PUNCTUM.

Non tam à Dæmone quantumvis immundo, immunda sit anima, quam à seipso.

RATIO EST. Quia per spiritum peccatum anima sit immunda.
Sed peccatum non tam à Dæmone quam ab anima fit.
Irgo non à Dæmone tam sit immunda anima, quam à seipso.

VOCACTIONEM Apostolorum sequitur quod refert S: Marcus de Dæmone ejecto in Synagoga Capharnaïtarum.

Et erat, inquit, in Synagoga eorum, homo in spiritu immundo, & exclamavit dicens: Quid nobu & tibi Iesu Nazarene? venisti perdidere nos? Scio qui sis, sanctus Dei. Et comminatus est ei Iesu dicens, obmutescere, & exi de homine; Et dicens corporeo

X 3 GMM

cum spiritus immundus, & exclamans voce magna, exiit ab eo. Et mirati sunt omnes, ita ut cōquererent inter se, quidnam est hoc? quanam doctrinam hanc novam, quia in potestate etiam spiritibus immundi imperat, & obediunt ei.

Hæc S. Evangelista, in quibus quid mirabilius sit Daemonem ira prædicare Christum, vel Christum nolle prædicari à dæmone, cogitari facilius potest quam dici. Est autem spiritus immundus ita dictus, vel quod in locis immundis libenter habitarer, vel potius quod in immunditiam, hominem quem possidebat impelleret; sunt enim ad id vitium præcipue destinati, à quibus quidem nobis est cavendum, cum divina Gratia, quam Christus Dominus nobis offert: sed magis à nobis cavendum, quia ut haberet proposita Veritas: Non tam à dæmone quantumvis immundo, immunda sit anima, quam à seipso. Quod ut patet, primum illud proponitur, solo peccato immundam fieri animam, ubi duo sunt consideranda; alterum quod peccato, alterum quod solo peccato immunda sit anima. Quod utrumque plenum est ex Scripturis. Maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus. Et iterum. Quidam velut facta es nimis, iterum via tuae. Quod & de ipso veniali peccato intellegendum est, & eo præcipue quod ex concupiscentia seu affectu inordinatio sit. Unde S. Augustinus, Quibus peccatu, inquit, licet occidi animam non credamus, ita tamen eam veluti quibusdam pusillu, & quasi Serm. 41. horrore scabie replete deformem faciunt, ut eam dejanctu: ad amplius illius sponsi Cœlestis, aut vix aut cum Et lib. 50. grandi confusione venire permittantur; Nam sicut Hemil. manus ex contactu luti lucida sit, sic anima in Hom. 50. res creatas & terrenas inordinatè affecta, cum se his suo modo immiscet, inde maculam contrahit, unde immaculatum te custodire ab hoc sæculo, est affectum omnem cohobere, quæ pars est veræ religionis potissima, authore S. Jacobo.

Quod autem solo peccato contrahatur macula seu immunditia, patet evidenter, quod quæcumque est animæ pulchritudo, sive naturalis, id est naturæ non corruptæ; sive supernaturalis, id est divinæ Gratiae, sola fœderetur peccati maculâ propter quam solam, animæ peccatri ciuitate. Ezech. 16. Abominabilem se sit decorum tuum. Erant quidem apud Judæos legales quædam immunditiae sed præterquam quod illæ jam omnes sublatæ sunt, neque ipso quo vigeant tempore, fœderabant animam: Uade Dominus de his agens, & Matth. 15. de peccatis: Hæc sunt, inquit, quæ coquinant hominem; non letu autem manibus manducare, non

coquinat hominem. Tolle peccatum, & sunt omnia sancta in bona, dicebat Sapiens: Quo item tenet Apostolus, omnia mundia mundu. Eccl. 39. Titi 1.

O peccatum, tam verè deplorandum malum, quam verè solum est animæ malum.

II. PUNCTUM.

ATQVI peccatum nostrum non tam à dæmone quam ab anima sit. Latrare potest, inquit S. Augustinus, sollicitare potest, mordere omnino non potest nisi volenter. Et apicte S. Gregorius ad illa verba Job, Convulsus tunc lumbos meos; V. A. mor. 9, inquit, ad culpam sine nostra voluntate non potest rapere, sed nos cum illo pariter nos vulneramus. Itemque apposicte S. Bernardus. Sane diabolo nos nostra mancipia voluntas, non ipsius potestas; Et alibi; Serpens callidior utique non fortior ceteris animalibus, & Eva, decepit te: decepit profectio, non Idem serp. impulit aut coegit; Mulier ibi, & Adam, de ligno de duplo, dedit, sed offerendo utique, non violentiam inferendam, neq; enim potest et illius, sed tua factum est voluntate, ut ejus vocis plus obeat eris, quam divina.

Denique celebris illa S. Augustini sententia, De vera de nullo peccato, nisi voluntario, iem omnem conficit. Usque adeo, inquit, peccatum voluntarium est malum, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Et hoc quidem tam manifestum est, ut nulla hic Doctorum paucitas, nulla in doctorum turba dissentiat. EGO sum qui peccavi! ego qui 2. Reg. 2.4. malum feci! sic perge te incusat.

III. PUNCTUM.

IGTVR à nullo dæmone quantumvis immundo tam immunda sit anima, quam à seipso; cum omnis immunditia sit à peccato, & omne peccatum à propria voluntate. Hæc est immundissima lepra animi, de qua fuse S. Bernardus, & à qua nobis cavendum ait, tanquam à vipera pessima & nequissima, & quæ jola deinceps damnare possit animas nostras. Cogita quantoperè hocceas dæmonem, & si ab eo scires aliquid tibi suggeriri, quantum refuges; sic te adversus te ipsum comparo, quia tu tibi voluntarius es dæmon, & longè illo peior, quem Dominus ejicere quia Christo magis resistis. En vides, ut obedit ille spiritus immundus, Tu vero ut obsistis contraria! Ecce ille de quo dicitur; Cor eius indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi Malleatoris incus: Ille tamen emollitur ad vocem Christi, & tu permanes in tua duritia, nec affectum pravum, spiritum illum



lum immundum tuum sinit a te expelli.
Hoc est quod Prophetæ genunt, & quod tibi
cum illis est deplorandum, Non dabunt cogitatio-
nes suas, ut revertantur ad Deum suum, quoniam
spiritus fornicationis, in medio eorum: & Domi-
num non cognoverunt. ASCENDERE feci pater-
dinem castrorum vestrorum in narres vestras, &
non reditis ad me, dicit Dominus. Scilicet quid ac-
cidat illis, qui pertinacius resistunt Deo? Sicut
olim Judæis, sic illis immittit ignitos serpentes,
& tantum abest, ut expellat ab eis immundum

spiritum, ut potius sinat eum deservire crudelius Ps.34.
& tunc fiant, Via illorum tenebra, & lubricum, &
Angelus Domini persequens eos: Quæ sunt viæ
certissimæ ducentes in interitum & perditio-
nem. Propone aliquid particulare circa affectum
vehementiorem, quod caveas diligentius cum
Dei Gratia, Recte omnino sapiens: Anima cali-
da quasi ignis ardens, non extinguetur nisi aliquid
glutiat. Quamobrem sic temperandus iste calor,
ut possis dicere quod est in Tobia: mundam ser-
vavi animam meam ab omni concupiscentia.
Tob.3.

Eccl.13.

Osee 5.

Amos 4.

Num.21.

39. 7. di
7. 5. 15. 19.
n. do
ia &
rb.
serm.
pl.
era
2. 4.
21.
3. do
de
Bapt.

FERIA QVINTA.

DE SOCVR PETRI FEBRICITANTE ET
(SANATA A CHRISTO DOMINO).

Imperavit febri, & dimisit illam. Luc.4.

VERITAS PRACTICA.

Febris animi, animo longè periculosa, quam
febris corporis, corpori.

RATIO hæc est inter alias, quod illa sit periculosa
febris qua remedia refugit, & sanitatem.
Sed tamen est febris animi, non corporis.
Ergo illa periculosa; Quod tamen vix creditur,
quia non sentitur, nec attenue consideratur.

I. P U N C T U M.

ESynagoga illa, ubi expulsus est dæmon,
Surgens Iesus, ait Evangelista, introivit in
domum Simonis: scilicet autem Simonis tene-
batur magnus febris, & rogaverunt illum
pro ea, & stans super illum, imperavit febri, & di-
misit illam, & continuo surgens ministrabat illis.

Non hic deesset meditationis materia coa-
 siderare volenti Bonitatem & Potestatem Impe-
 rati, effectum imperii tam velocem in sanitate
consequente, ac denique sanata mulieris grati-
tudinem, in parando ministerio. Verum tamen
tius expende quod hic scribit S. Ambrosius, For-
tassis in typo Mulieris Ihesus, variis criminum fe-
bris, Caro nostra languebat: & diversarum cus-
piditatum immodicis astuabat ille febris: nec mi-
norem febrem amoris esse dixerim, quam caloris, l-
tagique illa animum, hac corpus inflamat. Febris
enim nostra, avaritia est: febris nostra, libido est:
febris nostra, luxuria est: febris nostra, ambitio est:

febri nostra, iracundia est. In quibus potro con-
veniant illæ febres satis facile est observare.
Quam longè etiam dám̄. oſor si: febris animi,
febris corporis, ex damno animi longè magis
formidando, non est difficile explorare. Sed
quod minus forte attendas, illud est quod habet
proposita Veritas. Febrem animi, animo longè esse
periculosam, & usque perniciosem, quam febrem
corporis, corpori.

Ratio hæc affertur, quia tum perniciosa est
morbus cum refugit remedia, seu quia æger non
vult ea recipere, seu quia ægritudo non ea susti-
net; nonne tum periculi plena sunt omnia? Quā-
obrem monemur à Sapientia, non abiciendam
in infirmitate, sanitatis & modestiae curam, ne-
que remedia tam corporalia, quam spiritualia
negligenda. In tempore infirmitatis, inquit, stendo
conversationem tuam. Et rursum: Altissimus crea-
vit medicamenta, & vir prudens non abhorabit
illa; Filiu tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed
ora Dominum, & ipse curabis te, Averte à delicto
& dirige manus, & ab omni delicto munda cor tu-
um. Da locum Medico, etenim illum Dominus
creavit, & non discedet a te, quia opera ejus sunt
necessaria. Etenim tempus, quando in manus illo-
rum incurias, ipsi vero Dominum deprecabuntur,
ut dirigit requiem illorum & sanitatem.

O QVM bonus & juuu est Dominus: spiritus Sap.12.
tuus in omnibus, qui nobis ita remedium pro-
vidisti, ut tamen ad te tum ægrum medieci recur-
rere: Et sic nos omnes ad te venire voluisti, ut
tamen semper ordinatis uteremur. Si quis ex-

go



Gen. 42. go esset, qui tum neque ad Deum, neque ad homines confugeret, neque ullo remedio uti vellet nonne is & ægotaret periculose; & in suo se negligens periculo, nonne peccaret graviter? **Quare negligit?** **NOLITE** negligere, nolite cessare. **Qui negligit viam suam, mortificabitur.**

Jud. 18.

Prov. 19.

II. PUNCTUM.

Is. 50.

SED talis est maximè qui laborat febri animi. Primo, vix morbum sentit, unde Propheta in doloribus dormierit. Deinde, adeo non sentit morbum, ut nunquam melius sibi putet esse, quam cum vehementiori cupiditate ardet; cum amat, cum desiderat, cum sperat, aut cum gaudet. Transferunt in afflictum corda, concupierunt concupiscentiam. Denique propone ægri remedia: si adolescentis est, nondum est tempus; si senex, tempus præterit. **Vulnus, & livor.** & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo; Hæc de morbis animi Propheta, non de corporeis. Sic & aliis: **Ter. 8.** **T**ransit messis finita est aestas: & nos salutis non sumus; super contritione filie populi mei, contritus sum & tristatus, stupor obtinuit me! Numquid resina non est in GalAAD, ani medicus non est ibi? quareigitur non est obducta cicatrix filia populi mei. Quia scilicet nolunt curari. **Hoc** fatebatur de se.

8. Conf. 7.

S. Augustinus cum nondum resipueret. Timebam, inquit, ne me citè sanares à morbo concipi-

scentia, quam malebam expleri quam tuisquis. Nonne hoc ipsum fateberis? Vis sanus fieri? Respondere Christo. Vis remedia tenet parata? cur ergo non sanaris? flagis te velle, quod revera non vis, Et non vultu venire ad me, ut vitam habeatis. **Ib.**

III. PUNCTUM.

FEBRIS igitur animi, animo longè est periculum: sive, quam febri corpori, corpori. Cum vix ullus æger corpore, non securari velit & sinat; qui vero cupiditate corripitur, de ascendendo potius morbo cogitat, quam sanando. **Cum sanare vellem Israel** revelata est iniquitas Ephraim, Id est tunc maximè appauit morbus Israëlitarum periculosus, insanabilis, & desperatus, quando sanare eum voluit Dominus, qui a recusat sanitem; & hoc est morbi desperati signum apertius. Quid enim tandem fiat illi ægro, qui parata remedia recusat? Audi & tremere: **Cura vnum Babylonem,** & non est sanata, derelinquamus eam. O derelinquamus eam. **Quis** ita loquitur? Cui loquitur? & quid illud quod loquitur, derelinquamus eam. Expende singula, & serio de remedis cum supersunt, cogita. Erudire Ierusalem, ne forte recedat anima mea à te.

Vide conformem huic Veritatem, Feria 5. infra Hebdomadam 6. post Epiph. Et Verbo, **Mors, Sanitas, Concupiscentia.**

FERIA SEXTA.

DE PRÆDICTIONIBVS CHRISTI DOMINI, UNIVERSIM CONSIDERATIS.

Aliis civitatibus oportet me Evangelizare regnum Dei, quia id omnissum
Et erat prædicans in Synagogis Galilææ. **Luc. 4.**

VERITAS PRACTICA.

Siquid nos revocat à doctrina Christi, vel ob id maximè recipienda est.

RATIO EST. Quia quidquid nos revocare potest id non nisi à proprio iudicio, vel ab inordinato appetitu provenire potest.

Sed propterea maximè recipienda est doctrina Christi, ut ordinentur prævi illi motus.

Ergo, si quid nos ab eare revocat, vel ob id maximè recipienda est; In quos sane multi deficiunt.

CUM pro more suo Dominus secessisset in quendam de seruum locum, oratus Patrem, apparuit plebis Galilææ micum in illum studium. Primo enim, ut narrat Evangelista, requirebant eum; deinde non cessarunt à querendo, donec eum invenerint; ac denique inventum sic apud se retinere certatum contendebant, ut inde volentes discedere non patarentur. Quibus ille ait; **Quia** & alii civitatibus oportet me Evangelizare regnum Dei, quia id omnissum. Et erat prædicans in Synagoga Galilææ;

Quod

Marc. I. Quod alius Evangelista sic refert, Et ait illis, Eamus in proximos tuos, & c. vitatis, ut & ibi prædicem: ad hoc enim veni. Et erat prædicans in Synagoga eorum, & in omni Galilaea.

Hic igitur apicè institui potest. M. ditatio de prædicacionibus Christi Domini universim considerans, qua in consideratione Circumstantie illæ que actionem quam liber comitari, & insinuare solent, expendi possunt. *Quis quid ubi quisibus auxiliis cur quomodo quando;* Q. etiam pro devotionis affectu tantisper revolvens, persuasum hoc habe, illud ipsum Evangelium, illam ipsam doctrinam Christi Domini, tibi proponi in omnem & proxim quodidianam. O beneficium! Sed quomodo uixi? Quid est quod te ab illa revocet? *Quidquid si, vel ob id maxime recipienda est.*

Nam quidquid illud sit, non nisi inordinatum est aliquid, vel à pravo iudicio, vel à depravata voluntate & appetitu naturali proveniens? Quid enim aliud Veritati, quid aliud Christo & divina Gratia sece opponat, quod non si falso, depravatum & inordinatum? Unde potro illa falsitas & depravatio, nisi à nobis, nisi à natura corrupta, & corruptienti iudicium, a que voluntatem? Quid à me? Sapiens *Quid nequum quād quod excoxit ait caro & sanguis?* Nam cur id contra doctrinam Christi sit excoxitatum: quid nequus cogitari potest?

Rel. 17. Habetur integra Veritas in hanc sententiam, Feria 2. infra hebdomadam Septuagesimæ.

II. PUNCTUM.

Math. 16. *Ed ob id maximè recipienda est doctrina Christi Domini, ut ordinentur illi moros.*
Primò enim universim docet cohibendos omnes illos motus, qui adversus rationem, & fidem insurgunt. *Quid cogitat inter vos, modica fides?* Deinde speciatim, si quis sit superbæ, libidinis, avaritiae, aut eujusvis concupiscentiae sensus, particularia documenta subministrat, quibus h̄ corrigantur. *Nolite in sublime tolli.* Denique conferit gratiam quā refrænatur concupiscentia intellectum illustrat, voluntatem moveat, memoriam excitat, & omni modo adjuvat, ut dum recipitur illa Doctrina, fiat in animis nostris, quod in corporibus fieri solitum n. trant Evangelistæ, cum prædicaret Dominus; quod orquot scilicet & groti aderant, sanabantur: quoiquot æmoniaci, liberantur: quoiquot male: facti, recreabantur.

Hayneusue Pars prima.

O verè lex Domini immaculata convertens animas: testimonium Domini, fidele sapienti: ampræstans parvulu! LEX per Moysen data est, lex antiqua quæ malum quidem monstrabat, sed non sanabat: *At gratia, & veritas per Iesum Christum facta est,* ut quod timus faciendum, faciamus. *Hac lex spiritus vite in Christo Iesu,* qui liberat nos à lege peccati & mortis, ut ait Apostolus; *Nam Rom. 8.* quod d'impossibile erat lege in quo infirmabatur per carnem. Deus filium suum mitteni in similitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne, ut iustificatio legi impleretur in nobis, quæ non secundum carnem ambulamus, secundum spiritum: qui enim secundum carnem sunt, qua carnis sunt sapiunt; qui vero secundum spiritum sunt, qua sunt spiritus sensim. Sensus est, in hoc vel maximè legem & doctrinam Christi: Domini præcellere aliis, quod ipse docendo comunicet suis spiritum suum quo ita evadant spirituales, ut iam non secundum carnem, sed secundum spiritum vivant. *Quod referri potest & illud quod dicebat Dominus;* *Spiritus est qui vivificat 10a. 6.* *Caro non prodest quidquam.* Verba quæ ego locutus sum vobis spiritus & vita sunt. Id est, viam communicant spiritualem, non tantum per Sacramenta, sed per attentas considerationes, lectio-nes, collationes & alios quibus illa Verba divina usurparuntur, modos. *Quod cū Dominus Judæis dicet:* *Ex hoc, inquit Evangelista, Multi discipulos sum abierunt retro, & ja non cum illo ambulabans.* *Dixit ergo Iesus ad duodecim: Numquid & vos vultis abiire?* Respondit ergo ei Simon Petrus: *Domine, ad quæ ibimus?* *Verba vita eterna habes.* Quasi diceret, ut interpretatur S. Augustinus: de nobis alterum Te, ad quem ibimus, si te relinquimus: cùm verò nullus alter sic tui similis, quantumcunque recedant alii, nos à te numquam discedemus. O verè Apostolica vocem! O verè dignum Christo pectus!

III. PUNCTUM.

Si quid est igitur quod nos revocet à doctrina Christi, vel ob id maxime recipienda est: Cum nihil aliud nos inde revocet, quam aliquid inordinatum, cui remedium afferit illa doctrina, proindeque tanto ardenter est amplectens, quantò vehementius ab ea te repellentis. *Venite ad me omnes qui laboratis, & oneratis estis, & ego reficiam vos.* Quid times nunc si secundum Evangelium vivas? Ne superbiere, ne irasci, ne aliquo demum afferre quod mordaciter repi non licet.

V

Hoc



Hoc est scilicet quod maximè times; Sed hoc est maximè quod te excitare debet ad Christum, ne tibi aliter, quam ex Evangelio licet vivere: alioquin quid tibi prodebet audire, si non credis? aut quid credere, si non conformiter vivis? An tu erubescis Evangelium? An negas illud esse, Virtutem Dei in salutem omni credenti? An ignoras non auditores, sed factores solos commendari?

Rom. I.
Iac. I.
Luc. 8.

Nonne audivisti quid Geraseni cum Christo egerint, quando Christus permisit porcos eorum in mare demergi: Rogaverunt illum, inquit facit textus, ut discederet ab ipsis. Maluerunt scilicet carere Christo quam porcis suis. O rem, inquis, execrandam! sed rem quæ tamen à te quotidie perficitur, cum ne sensuali appetitu privatis, te Christi doctrina privas. Numquid pro-

pterea dicebat Dominus: Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margarites vestras ante portas, ne forte conculcent eis pedibus suis. Sanctum dicitur quidquid docuit Christus ne corrumpatur aut profanetur: Margaritæ sunt, quæcumque sunt ejus voces, ut in pretio habeantur. Canes vero sunt impugnatores: & porci Contemprores, ait S. Augustinus. Nonne te pudet vel horum nominum? Oppone autem eis excellentia hæc quibus Christus honorat auditentes, & facientes verbum Dei. Mater mea & fratres mei hi sunt qui verbum Dei audiunt & faciunt. Potius dignius rem commendare? poteris vero tam dignæ commendationi semper obstatere?

Vide Verbo Verbum Dei, & Domin:cam Sexagesima in 2. parte, ubi & alia indicantur.

Matth. 7.

Agg.

Ecc.

Sap.

S A B B A T O.

DE HIS PETRI VERBIS AD DOMINUM:

Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil capimus: in verbo autem tuo laxaborete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. Luc. 5.

VERITAS PRACTICA.

Nisi diligenter advertas, stulto labore consummeris.

RATIO EST, Quia ille stulto labore consumitur, qui relatio facilis & fructuoso, totam aut maiorem vitæ partem transgit in labore difficulti, & infructuoso.

Sed nisi diligenter advertas, talis est vita tua labor, labor difficultis & infructuosis, quem ultra suscipit, neglecto facilis & fructuoso.
Ergo stulto labore consumeris; Quod sane est diligenter perpendendum, ad cautionem adhibendam.

I. P U N C T U M.

Egi potest narratio fuisse quam habet S. Lucas, & de qua occurrer in terra parte iterum dicere. Hic modò liste in consideratione duplicitis operæ & laboris, quem posuit Petrus cum sociis, in piscando. Ecce enim tota nocte laborant, & nihil capiunt: Mane autem facta, iactis tantum, ad Domini iussionem, in mare retibus, concludunt pescium multitudinem copiosam.

Domi-
ca 4. post
Penteco-
sten.



Nonne magna est diversitas utriusque laboris: cum ex una parte multum laborarent, & nihil cuperint: ex alia vero, parum laborarent, & multum proficerint?

Hæc est diversitas Laborantium in hoc mundo: hic est duplex hominum labores tam diversus, & directè sibi oppositus, ut alter sapiens, alter stultus dicatur, sicut patet in declaratione Veritatis proposita, quæ tibi uniad ubiorem fructum est applicanda; Nisi enim diligenter advertas, torus in hac stultitia vivis, & laboras, totus hoc stulto labore consumeris; Quod jam prius dictum fuit Moysi, à focero Jethro, ut est in libro Exodi.

Ratio quæ affertur non tam indiget probatio, quam attenta rei propositæ consideratio, subiecendo sibi distinctè duplice illum laborem valde diversum & oppositum, ex illis duabus circumstantiis simul involutis, quæ faciunt eam diversitatem, Nempe difficultas sine ullo fructu: Et facilitas cum multo fructu. Sit itaque ex his duobus alteruter propositus labor, vel iste facilis & multum fructuosus; vel ille difficultis & plenus infructuosus, quis sapiens non eligeret facilem

Exodi. 13

Iob.

II. 13.

13.

cilem & fructuosum, si maximè sciret æquè, aut etiā magis isto labore facili, se Domino suogratum futurum? Quis nisi stultus vellet se adstringere ad id quod est difficilis, & in fructuosius? Nam si saltem difficillimi laboris esset aliquis fructus! aut si nullus est fructus, si saltem labor esset facilis: sed multum laborare sine fructu, cum præcipue possis, si velis, altundè fructum percipere sine magno labore; certè hoc est stulte, hoc est stulto labore consumi; hoc est quod agunt sacræ Scripturæ, quando sic culpà nostrâ sit ut ultro vitam transfigamus in tali labore, & voluntaria miseria. Hac dicit Dominus; ponite Corda vestra super vine vestras: seminatis multum & insulstū parum. Qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum per iustum. Contrà laudi datur, quod ait de Sapiens; Modicum laboravi, & inveni mihi multam requiem. Et Dominus universim de suis; Electi mei non laborabunt frustrâ; Unde consequens est illos nos esse electos, sed reprobos, qui laborant frustra, & qui dicunt. Lassiti sumus in via iniquitatis, & perditionis: & ambulavimus vias difficiles. Ex utris esse velles?

II. P U N C T U M.

SED nisi diligenter advertas, talis est vita tua labor, labor difficilis & infructuosus, neglecto facilis & fructuoso.

Quatuor hic sunt distinctè declaranda; Primum est, laborem vitæ tuæ esse difficilem: Cum enim penè in omnibus, velis concupiscentiæ seu naturæ de pravaræ satisfacere, quid imperiosius? quid durius? Et quid difficilis? Illa est ancilla quæ cum hæres fuerit Dominiæ sua, Sustineri non potest, ut ait Sapiens. Illa est occupatio magna, ut ait alius, creata omnibus hominibus, & jugum grave super filios Adam: cogitationes eorum, & timores cordis; Et quæ plura pergit Ecclesiasticus; Hæc est tinea de vesti nascens & candem vestem contumpens, de qua fusè & præclare S. Gregorius ad illa verba Job; Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum, quod comeditur à tinea.

Denique nihil laboriosius, quam quod sit cum inquietudine animi; nam labor & quies opponuntur, & majori quieti major est labor oppositus; Non est autem major quies, quam quies animi, nec proinde major aut difficile labor quam inquietudo animi. Jam vero quidquid sit ex concupiscentia, sit ex inquietudine animi, nihil enim magis inquietum, quam effictus depravatus, Unde bella & lites in vobis? nonne hinc? ex con-

cupiscentiis vestris, qua militant in membris vestris? Concepit, & non habet! ò tristitia! ò angore! Omnis plaga, tristitia & cordis est, ait Sapiens. Eccles. 28.

QUIS verò fructus hujus laboris? Secundum est declarandum, Quidquid sit, in morte terminabitur, & quidquid mortale est, parum est fructuosum. Quomodo fructum habuisti tunc in illis, in quibus nunc erubescis? inquit Apostolus, Nam finis illorum mors est QV. D nobis profuit superbia? aut divitiarum fastidio quid convulsi nobis? Transferunt omnia illa, tanquam umbra. Vide sapientæ quinto, quantum illi deplorent se nullum sui laboris fructum ex hac vita retulisse. Sed ante mortem dum adhuc vivis, quid præmissi, quid emolumenti ex inquietâ vita? Præclara omnino Isaias: Concepit laborem, & pepererunt ini- quitatem, ova affidum ruperunt, & telas aranea I. 59: texuerunt; telæ eorum non erunt in vestimentum, nequæ operientur operibus suis opera eorum, opera inutilia. Et alibi; Sicut somniat esuriens & sciens, comedit & bibit, & postquam fuerit expurgefa. Ib. 29. Aut, lassus adhuc bibit, & anima ejus vacua est. Sic planè somnia sunt, humana hæc omnia, quæ ut apparent, evanescunt; Quod & Propheta Osée 8. Oseas sic egredij; Quia a ventum seminabunt, & turbinem mesent: culmus stans non est in eo: germen non faciet farinam, quod et si fecerit, alieni comedent eam. QVID ergo prodest ei, quod labo- ravit in ventum? ait ille Sapiens, qui cum se con- vertisset ad universa opera, quæ fecerant manus eius, & ad labores, in quibus frustra sudaverat, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem ani- mi, ac tandem addit; Quid enim proderit homini de universo labore suo, & afflictione spiritus, quæ sub sole cruciatu est? Quasi diceret, nihil planè, nihil omnino fructus & pretium refert ex illo labore difficulti.

AT verò, quæ duo restant explananda, vide contrà, quam facilis sit, & fructuosus ille labore quem ne ligis, Facilius quidem, quia totus consti- tit in firma voluntate placandi Deo, Cui si velis placere, places. Quia beneplacitum est Domino in populo suo. Id est, statim atque se aliquis esse Do- mini profiteretur, Dominus illum acceptat ut suum: & tam sibi Dominus in seruo placet, quam servus Domino vult placere. Quod egregie admodum Nobilis ille, de quo S. Augustinus in L. 8, c. 6, Confessionibus, Contubernali suo præsentabat: Dic quasote, omnibus iſtu laboribus nostris, quæ ambiimus pervenire? Quid querimus? Cujus rei sansa militamus? majorne esse poterit spes nostra.



nostra in palatio, quām ut amici imperatoris simus? Et ibi quid non fragile, plenumque periculis? Et per quos pericula pervenitur ad grandius periculum? Et quādū istud erit? AMICUS ALTEM DEI, SI VOLVERO, ECCE NUNC FIO. Est ne autem operosum, id velle, cum divina Gratia, quae ut velimus & possimus, ultro se offert, quae nos idcirco prævenit, comittatur & sequitur?

Quid est quod voluntas appetit, nisi bonum? Et quale bonum melius, & magis appetendum, quām placere Deo, qui est summum bonum? Ego, inquit, ostendam omne bonum tibi: omne felicitatis utile, omne honestum, & omne bonum iucundum. Nonne unicuique rei innatum est velle attingere finem suum: & velle sibi vitam, quam quidem potest longissimam prorogare? Atque illud est quod agitur labore in te salutari,

*Exod. 23. Amantes vitam hortamur ad vitam, inquit Eu-
cherius; ut rara ratio est persuadens, sum id po-
scitur ut impetreremus à vobis, quod concupiscentia;
pro vita quam diligitis, legatione apud vos fungimur: & sanè quādū omnes exiguum amatus, insi-
mamus ut ametis aeternam: Quasi dicteret, quid-
quid à vobis petitur pro salute aeterna compa-
randa, non potest non esse facile; cum nihil sit
facilius, quām velle semper vivere. Denique quis
negat, amanti nihil esse difficile, ipsum enim
difficultatis nomen amor erubescit, inquit san-
ctus Augustinus: At quis in amando Ieiulabor,
qui totus est ad amorem nostrum excitandum
effectus, & qui hoc maximè motivo facilitatis
nos ad se vocat, jugum enim meum suave est, in-
quit, & onus meum leve.*

*Mat. 1. De fructu aurem inde consequente non est
dubitandi nec differendi locus, cum illud Sapientis sit apertissimum: Bonorum laborum gloriösus
Eccles. 6. est fructus. Itemque illud: In opere ipsius exiguum laborabis, & citò edes de generationibus illius.
Cor. 10. Quidquid egeris in hunc finem, ut illi placeas,
Coloss. 3. sive manducando, sive bibendo, sive aliud quidi-
piam operando, quod est tibi obvium, & quotidianum, ingentes præfencis gratias, & futuræ
Pss. 1. thesauros gloriaris promebris. Et solum ejus non*

*defluat, & omnia quacumque faciet, prospera-
buntur. Non sic impii, non sic sed tanquam pub-
lis, quem projicit vintus à facie terra.*

III. PUNCTUM.

*N*isi ergo diligenter advertas, stulto labore con-
sumeris. Nam hunc facilem & fructuosum
laborem tam facile desiris, quām difficultem &
infructuosum illum, facilime suscipies. Neque
hoc tibi fuisis probandum fuit, cum id affectus
tui sati aperit clamore, qui penè toti sunt in
concupiscentiis, licet foris non pessimi, non ra-
men bonis & probatis. Abivimus unusquisque in
sensum cordis nostrum maligni. Quod de te Propheta
taferetur, non potes de te negare: Cūm autem
nihil aliud sit stulto labore consumi, quām sic
relieto labore facilis, & fructuosa, se labori duro
applicate, unde nullus exierit fructus & opera po-
sitæ premium; quid rekar nisi diligenter tibi esse
advertisendum, aut nisi diligenter advertas, te
hoc stulto labore consumendum? Sie stulti es tu,
ut cùm spiritu cœperitis nunc carne consumimemini.
Tanta passi es tu sine causa, si tamen sine causa:
Quasi dicat Apostolus, hoc certè est esse stultum,
multa pati sine fructu, sine ullo merito: sic
autem frustra patientur, qui carne vivunt no-
spiritu. Quod quidem eo deterius & insanus est,
cum illi aliquando bene cœperunt, nunc vero
proprie modicum laborem à cœptis desistunt,
& in graviorem incident, in quo consumman-
tur & perirent; Quæcūmque præminam, ait Job, ir-
bitus super eos mixtus. At nonne stultum esset se nivi
objicere, ut pruinam evitare? Neque enim fu-
gitur labor, sed augetur, cūm ab uno levi transi-
tur ad graviorem. Esto si labor resistere concu-
piscentis, sed longè major est non resistere;
Nonne ergo qui sapient, minorem illum labo-
rem potius ferant, cūm præfertim sit salutaris:
aut qui non ferunt, planè decipiunt, cūm te inse-
rant doloribus illis multis, de quibus sanctus Apo-
stolus. Seriò id apprehendit. Si sapiens fueris, tibi
metrisisti eris: Si autem illusor, solus portabis ma-
lum.

Baruch. 1

Gal. 3.

Job. 6.

I. Tim. 6.

Prov. 6.

DOMI-

